

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

August Varenius Dionysius Stropius

**Aur yod ushiyot be-reshit id est Illustrium & Arduorum Locorum Bresith, Decas  
Decima Disputatio Undecima & Ultima in Pharascham Vaichi**

Rostochi[i]: Richelius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772389462>

Druck Freier  Zugang



R U. Med. 1650  
Varenius, August C.  
Karl Proprius, Rongor-



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772389462/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772389462/phys_0002)

**DFG**

פָּרָחַטִי מְרָא שְׁמָא  
שְׁוֹרֶת הַקְשִׁוָּתָה בְּרָאשֵׁירָה:  
*id est*  
ILLUSTRUM & ARDUORUM  
LOCORUM  
BRESITH,  
DECAS DECIMA  
Disputatio Undecima & Ultima  
*in*  
Pharascham Vaichi.

Quam  
בְּעָרָתְהַ קְנָתָה  
PRAESIDE

DN. AUGUSTO VARENIO,  
SS. Th. Lic. Lit. Heb. Prof. ordin. Colleg. Phil.  
p.t. DECANO, Praeceptor, Favitore & Promotore suo,  
omni honoris cultu suspicioendo,  
*Publica disquisitioni exponit*  
DIONTSIUS STROPIUS,  
Lubecensis.

*Habenda 27. April: in Auditorio Majori  
boris matutinis.*



ROSTOCHI

*Typis Johannis Richelii, Senat, Typogr. An. 1650.*



**S**i ad Astra extolluntur subtilitates Metaphysicae, Viri admodum Reverendi, Praclarissimi Doctissimi cæderisq; anxiæ excutuntur, quæ tamen, quam sapissimè gerris sculis vaniores & tricis, apinisq; viliores: multò mage extollenda, SS. Lingua Majestas, omnesq; qui in hac expiscanda, dimembrandaq; haud minori defudant labore. Hæc enim est, quâ Flamen sanctum Dei voluntatem nobis communicavit. Ea propter, haud immeritò sanctum Idioma, Electum labium colentes: מַעַן שׁוֹרֵל עַל־פָּנֶיךָ proclamantur illud enim est חִכְבָּרְךָ ulterà suavitatis sublimitatem per admirandā duleedinem in clum, Vera manna, Panis cœlūs delapsus, quem nullus cordatus, repletæ rationis compos, nisi cum adjuncto, eoq; summo animæ dispendio naufragi abundus fastidiat. Thaumasiander Lutherus Γεροντιος, οὐλαζεισθόντι suspiciendus, quanti SS. Lingua viscera, totus, roto in ea, effusus ardore fecerit, scripta loquuntur post huma. Unicum sufficiat adducere: Tom. 2. Germ. Jenens. de Scholis confit. Quantum, inquit, mihi contra meos profuerit hostes, scio. Qvare hac quantumcula cunq; cognitione infinitis aureorum millibus carere nolim. Et vos quoq; dabitis operam, qvi aliquando docebitis religionem, ut hanc linguam discatis, si non pecora campi & indoctum Vulgus haberi vultis qvod editis germanicis adjutum utcunq; Evangelia dominicalia & Catechismum docet. Et in eodem loco intime inculcat, & ore vadido prædict Ubi lingue non durant nec sinceram Evangelii doctrinam durare posse. Et opiniem: in tenebris enim plus quam Cimmeris consecnere qui gaudent, quid mirum! si splendoriferum istud נְאַזְנָתָךְ αὐχμηνῷ τοτῷ funditus ob contemptus sincerum amittant, & in crassam barbariam, quam nimium quantum arsere, præcipitentur.

*Vobis autem Viri admodum Reverendi, Praeclarissimi, Doctissimi: אהבים את זו אלהיכם בכל-לבבכם ובל-נפשכם;*

effatum DEI esse קְרָנָה syllentatulum spirituale omnemq; bonitatis  
Thefaurum in dubium vocare, fama, quā usq; & usq; clari, de re literariā benē laborantes favore amplecti consuevistis, vetat. Igitur hāc  
motus meas aures circum sonante specimen academicum, non qua pro-  
fessum sed affectum pedibus vestris subjicio, & ab uero q; vestrum, demis-  
sē & obsequiosissimē contendō, ut officium hoc meum utriq; vestrum de-  
bitum gratum habeatis, & à nominis vestri splendore, dignitatis pon-  
dere, Authoritatis fulgore doctrinae præstantia, benignius more solito  
aliquas isti stricturas accedere, patiamini. Hoc V.V. Exc. & R. Dig-  
si non deditiatae fuerint me alias obligatissimum, multis modis denū  
obligabunt. Quod supereſſ Deum Supplex peto, Ut Ecclesiæ o-  
mniumq; bonorum votis V. Praecl. dig. quam diutissimē supereſſe, o-  
mniumq; bonorum genere maclare velit, ut spem, quam de nobis conci-  
tatis cum gloria nunquam intermoritur a majorum etiam virtutem  
supergressi, non sustineatis solum sed & impletatis.

V. V. Cl. & R. Dign.

Submiss.

colens

Dionysius Stropius, Lub.  
SS. Th. Stud.

Ad Præstantissimum On. STRÖPIUM

DISPUTANTEM,

de

Novissimis JACOBI & JOSEPHI.

Nota mihi est virtus, quam sanctis moribus ornas:

Tu, qvorum exeqviā proseqveris, seqvere.

(Grata Deo est virtus, pietate & moribus acta:

his sine, qvid scire est? *rentulus, umbra, nihil.*)

Bis qvini atq; unus Juvenes coluere BERESCHIT:

Ad Schemoth totidem, det DEUS, esse Schemoth!

Augustus Varenius, SS. Theol. Licent.

Hebr. P. P. Colleg. Phili. p. t. Decanus.

sc

sc

# LOCUS PRIMUS.

Gen. XLIX. v. 13.

*Luth. Sibulon wird am Anfuhrt des Meers wohnen/ vnd am Anfuhrt der Schiffe/ vnd reichen an Sidon.*

**C**oncl. I. Ad suggestum redimus sanctissimi Senioris Jacobi in trifolio malignantium fratum fulminantis: in unius JUDA seu SCHILOH vaticinio jubilantis. Ordinem haec tenus in filiis Leæ observavit Genethliacum: nunc filiorum ex Lea explet numerum senarium, additis sebulon & Isasbar, quos proinde ancillarum filiis præponit: hos autem primariarum filiis interponit, his cornua claudens. Conferantur 4. Schemata ordinationis XII. tribuum scil. Generthliacum Gen. 30. à v. 31. JACOBÆ-UM Gen. 49. arithmeticum Num. 1. à v. 20. Mosaicum Deut. 33. Qvareritur hic 1. quare Sibulonem præponat Isasbar? Resp. Ratio illustris est partim nexus & Theologica: partim firmis & Geographica: utraqs in disp. actu demonstrabitur. Qvar. 2. Quare inter ancillarum filios, GAD & ASSER ante Naphtali ponat? Resp. Adoptivi Leæ interponuntur adoptivis Rachelis, propter transitionem historicam ad naturales filios Rachelis. Qvar. 3. Quis ordo Num. cap. 1. à v. 20. Resp. Castrensis: vide descriptionem trium & 4. Castrorum, 4. item vexillorum Israelis Num. 2. à v. 2. & mirare illorum mysticam ordinationem, & simul ordinis, quem Arithmeticum diximus, evidentem rationem. Qvar. 4. Quis ordo Mosaicus? Resp. honorarius: descendendo à filiis uxorum primariarum (ubi interponuntur Rachelis) ad secundiarum.

Concl. II. Tres Sibuloni propositiones formaliter & materia-  
liter distinctas edidit noster JACOBUS. Qvareritur hic 1. an habitare  
~~לְחוּם יִמְמָה~~ idem sit quod habitare לְחוּם יִמְמָה. Resp. 1. Supponen-  
dum aliud esse ~~לְחוּם יִמְמָה~~: aliud חַוֹּף הַיָּם: illud non nisi mare, &

A

qvidem

am, Palestînæ occiduum Deuter. 1,7. Jof. 9,1.  
 hoc amplissimum Gennesaret lacum includere, ad utrumq; n. excur-  
 rebat sors Sbulonis: adeoq; nulla h̄ic Enallage: 2. supponendum,  
 וְחַרְפָּה (unde & חַרְפָּה & חַרְפָּה illustris usus vocabula) esse חַרְפָּה in signifi-  
 catione protectori, quale continent litus, quale portus navibus. 3. His  
 suppositis negatur quaestio. Et formaliter ergo & materialiter distingui-  
 untur: Probatur prius ex positu distincto, qui videatur: posterius e. c.  
 Tota Africa sita est לְחוֹמָה יִמְשָׁלֵת: nec tamen ubiq; est  
 Ad S. Helenæ promontorium in vastissimo mari navibus & corpori-  
 bus reficiendis diversorum divina providentia dispositi, ubi & est  
 nobilis חַרְפָּה אֲנוֹרוֹת & חַרְפָּה אֲנוֹרוֹת: ad extremâ Africæ cuspidem (seu  
 Bonæ spei promont.) propter perpetuas procellas & immanes aqua-  
 rum moles non item. ibidem ad Mozanbicum nobilis est חַרְפָּה אֲנוֹרוֹת  
 el. XV. gr. Austr. non item ad Melinden, cuius litora importuosa  
 plane & aspera. Res manifesta. Aliud ergo: Sbulon wird an der  
 Anfuhr des Meers wohnen: aliud: Sbulon wird gute Schiffs-Porten  
 haben. Et certe nobiles navium stationes habuit, & ad mare & ad  
 lacum. Qvaritur 2. Quomodo conveniat sorri Sbulonis illud: **Er**  
**vo wird dreichen an Sidon/ Cum nec in Geometriâ sanctâ Sidon stetuerit**  
**terminus Sbulonis: nec propter intercedentem sortem Aseri o** pertingere po-  
**tuerit?** Resp. Nec id dicit script: sed saltem: עַל צָרוּן  
 Latus ejus erat versus saionem. unde non magis sequitur localis appro-  
 ximatio vel attingentia, quam inter promontorium Bonæ Spei & ter-  
 ram Magellanicam: vel Rostochium & Daniam. Errant e. i. qui  
 duas propositiones membra secundi confundunt, quomodo Vulga-  
 tus: **Et in statione navium pertinges uig; ad Sidonem:** Item, qui ita ex-  
 plicant: **In statione navium, id est, iphis navibus:** supponunt scil. nota-  
 ri immediatam attingentiam, quam cum non dare possint in solo, dant  
 in salo. 2. Qui ita explicant: **sbulon statione navium seu commoditate**  
**& dignitate portuum eris superior Zidone.** Omnia illa sunt **הַבְּלָה**

Concl. 3. Quid de Targum Oncelosi? Resp. Excusamus non  
 probamus, nisi דָּרְךָ מְרֻרִישׁ: עַי: ad solas navium eminentias respe-  
 xisse Jacobum, quis crediderit? Attendatur nexus: Messiae fore  
 supra dixerat: at quomodo erunt עֲמָנֶלֶת, nisi אַקְצָבָה אַמִּתָּה

BY TEG

ornis? &c. Responder Jakob: Non deerit  
diendi prædicationem Evangelii occasio. Qvia i. Sbulon ad litus marium  
habitabit. 2. Fidas quoq; & nobiles navium stationes habebit, imo 3.  
Latus ejus longissime versus Sidonem excurret, ut ex Tyro &  
Sidone seu vicinâ Phœnicia & toto orbe huc confluere possint: qvem  
nexum Moses expresso declarat vaticinio: Deut. 33, 18. *Populos voca-*  
*bunt ad montem: ibi immolabunt victimas justitiae.* Conferatur com-  
plementum in N. Test. Christus ipse per hanc Sbulonis sortem pro-  
gressus pervenit ad fines Tyri & Sidonis: in hac sorte, CHRISTI  
conceptio, transfiguratio, habitatio, & per Evangelii prædicationem  
prima revelatio: ex hac sorte Apostoli pleriq; orant oriundi: atque  
hic iterum completum id Deborah vaticinum: *Von Sbulon*  
*seynd Regierer worden durch die Schreibfeder Testes hujus*  
*omnes Evangelista.*

## LOCUS SECUNDUS.

Gen. XLIX. v. 14.

Luth. Isaschar wird ein heinern Esel seyn und sich  
lägern zwischen die Gräben.

Concl. I. Et rogatas & sagaces hujus tribus excellentias memoras  
scriptura, sc. 1. pacis & concordia studium. 2. Prudentia bellicæ no-  
bile Gymnasium. 3. Ubi vel charitas vel necessitas armat, *robur invictum,*  
vid. 1. Chron. 12, 33. Jud. 5, 15. Deut. 33. 1. Reg. 7, 2. Sed qvomodo  
tot excellentiae convenient Afino? cui non nisi *ignoriam* & *segnitatem*  
*afinianam* impingit Tr. Malus Afini Patronus. An enim omnes illi i.  
gnavi, qvi, ut prisca gens mortalium, ab aularum phantasias, à mili-  
tariatum & mercaturæ exercitiis, *agriculturæ* studio sese consecrant  
Annon *sulcata diu rebeat oru rura colono?* Apage hanc glossam.

Concl. II. Vindicandus nobis est Isaschar, qvod ut fiat, id leve  
non urgebimus, indigere Afinos Israelis patrocinio. Vulgo: *Afino*  
*invebi in Israel paupertatis estimatur argumentum:* Ipse Christus in  
mendicorum numero hinc ponitur: qvare? qvia Sach. 9. dicitur:  
*רְכָב עַל חֲמֹר* & additur: *עַז.* Quasi verò justa esset ratio jubili  
Zionis externa paupertas Christi: & qvis nexus, qvod pondus  
huic inest rationi? Gradatio sane est in ratione Jubili. Yideamus:

X 2

Propo-

ant/ siue diu schrijf/ &c. du Tochter Zion! Qvæ  
causa Jubilli regni Gendet 1. Stahe da! 2. dein König. 3. wird bald  
kommen! 4. Ja dir/ oder zu dir wird er kommen. 5. Item/ und (mis  
Armuth) reitend auf einen Esel. Peritura majestas jubili Zionis. Lon-  
gè aliud suberat mysterium: *Pacis Princeps* erat: *Pacem crucis testa-  
mento & pacis evangelio* instaurare veniebat, abrogata τῇ ἔχθρῷ cuius  
signa in orbe gentilium curw falcati & סוס רֹהֶר &c. vid. evidens ex-  
plicatio v. 10. non e. in belli (vid. Nach. cap. 2, 4. cap. 3, 2. Jud. 3, 13.)  
Sed in *paci* signo, asino, & quidem εφ' ovē δὲ αὐθόπων κανάβ. ne;  
inter Hoschianna Jubileum triumphavit Christus Rex Israelis (vid. Lex  
Regia Deuteron. 17, 16.) nec vox עז בערנו הונתת prout recte reddidit Evangelista Matth. 28, 29 Epist.  
ad Hebr. c. 5. v. 8.. Sed & Mosche, *Rex fuisse in Israel*, Exod. 4, 20. Be-  
leam, (at quantus!) Num. 22, 22. *Abrahamus. Βασιλεὺς τοῦ οἴκου*  
& r. Regum triumfator Gen. 22, 3. *Abigail Regis dignata cubi-  
li* 2. Sam. 25, 10. *Filius Jair*, omnes viri Principes Jud. 10, 4. uterque  
*Prophetæ* miraculis clarus i. Reg. 13, 13. & 23. asinus in veceli dicuntur.  
An id illis fuit argumentum paupertatis? cui fini *Ziba donas asinos*  
*Davidis* 2. Sam. 10, 2.: *Respondet. בראוף גערטן.*

Concl. III. Nec id operosè urgebimus LXX. mirabiles Asini  
interpretes fuisse, dum ne Mosen suamq; gentem asini nomine apud  
Egyptios, qyibus id animal vile esse potuit, venditarent vel generalio-  
rē Vocem θαύματος (Exod. 4, 20.) selfillerant: (quomodo & Leporē  
honorem exhibuerunt: scil. Levit. 11, 6. אַרנְכָּרִים seu Lepus inter-  
animalia immunda refertur: at illi δασύμηδα reddiderunt: qvare? qvia  
Prolomai Regis uxor Lagis leporis nomen habuit, veriti, ne Ptol. sibi  
illudi putaret ab his interpretibus: generale e. nomen supposuerunt  
Ic. animal brachis pedibus Hebr. שׂוּרָה רְגָלִים (vel alienam planē vocem  
usurparunt, e. c. Πτηθύμην ut Iac & Numer. 16, 15. Sic hoc loco:  
LXX. τὸ καλὸν ἐπεθύμην. Talia negantur) in sacris vel ignoran-  
tia vel incuria. Scilicet pro legerunt. Discat autem hinc Ca-  
pellus argumenti sui in cap. 8. & 9. Arcani, nullitatem. Si in ipsis  
consonantib; turpiter lapsi sunt, & à particularib; circa media in-  
terpretandis erroribus ad negationem existentiae ipsorum mediorum  
argumen-

argumentari licet, pariter ipsis consonantibus & in specie literarum  
dem funus fiet. Qui in consonantibus pueriliter hic erratum ne-  
gat, conferat LXX, in uno Esaiā cap. 4, 2. c. 7, 9. c. 8, 8. & v. 14. 16.  
Tōt פָּנְסֵכִי וְעַתָּה בְּ צְפֹרְנָמָרְבָּדְלָה וְרָמָן בְּ מִלְּגָתָה: confe-  
rantur fontes: sic cap. 8, 18. vocem רְשָׁעָה, LXX. γνῶτε ἔθην ὥστας;  
Sanè proレְגָרְעַנְתָּם sic v. 10. נָמָנוּ אֶת בְּשִׂיחָא אֶדְוָנָה וְרָא  
אֲוֹתָה כְּאֵת וְתָמָם תָּלָא אֲתָה בְּ כָּאֵת אֲתָה אֶת δύο αρχαὶ τοῦ  
qvid בְּ לֹא כְּיֻנָּפָר לְאַשְׁר מִזְקָה לְהַלֵּךְ: Esa. c. 8. v. ult.?  
Qvar consonantia ibidem inter fontes: תְּבִלָּה πέπλον παχὺ τόνιο  
מִקְרָב שְׁבָר &c. sic ubi illud in LXX. בְּעֵגָה חֲרָשָׁן &c. qvod reddiderunt:  
מִקְרָב שְׁבָר &c. sic Targum Esa. 5, 30. habet בְּעֵגָה pro מִקְרָב, vid.  
infra crassus LXX. error in classe Josephi. Unde ille an ex absentia  
punctuationis? non putarim.

Concl. IV. Sed ovid גְּמַרְגָּמָה? Resp. Non animus fractus exosse-  
tu: non qui ossa arg. pelles co: u est, pellaces ut laterna punica: sed qui  
duris, firmis, usque diuturnitate, & consuetudine obducto quasi callo indu-  
ratis, virtute ulmorum & scapularum confidentia ad quavis pericula fabi-  
cunda & enera bajulanda paratus; qvalem sanè decet esse bonum agri-  
colam militorem & id genus hominum: qui bajulandis vel XLIX.  
frumenti modiis impavidas submittunt scapulas: in qvibus pro-  
fecto & spina dorsi indurata requiritur: vid. de גְּמַרְגָּמָה Chal-  
daismum Dan. 6, 25. qva Hebraismum Job. 40, 12. Prov. 25, 15. &  
locum illustrem 2. Reg. 9, 13. ubi גְּמַרְגָּמָה Chald. per דְּרוֹת שְׁשָׁנִים id est, horarium. LXX, per cua ῥαβασθμῶν. Alii per vertebrales  
spinae dorfi: nos per suggestum seu torum alium aquatum, vehi-  
culum eburneum seu tronum dente Lybico expolitum, reddimus:  
& patebit qvid si חַכּוֹר גְּמַרְגָּמָה: nec magis à radice verbali ad exosse-  
tu vocis non iinalis: quam in ψυχή ad eradiationem valet conse-  
quenit nobiscum Raschi qui reddidit per item בְּעֵגָה  
חַמְרָה שִׁישׁ לֹא עַצְמָה כְּבָד: (3)

Concl. V. At qvid רְבָץ בֵּין מִשְׁפָּטִים? Resp. 1. illud  
subjectum: non prædicatum primi memtri pro subjecto habet. 2.  
longe aliud est quando de sūmo dicitur רְבָץ חֲרָשָׁן מִשְׁפָּטִים: aliud

**רְכִזְבֵּין שְׁפָתִים**. Alius est positus Exod. 23, 5. in Lege difficultissima  
3. רְכַז Cabationem firmam rei non facile loco movenda, & ut plurimum  
jumentorum seu כָּרְרוֹת וְכָלְבִּין Gen. 49, 9. notat: sic in script. duo  
sunt onera δυστενη τοπερ impudentium, scil. 1. ipsum peccatum, ut  
Gen. 4, 7. (ubi sine Enallagā est רְכַז) Ps. 38, 5. 2. Maledictio-  
nis divina supplicium: emphaticē Deut. 29, 20. Es wird der Eysen des  
Herrn rauchen über einen solchen Mann und werden sich auf ihn legen  
alle Füchse &c. Sensus ergo: Isalcharem non per alias tribus va-  
gaturum: sed gaudentem patrios vindicare sarculo, agros, ne Attalicis  
quidem conditioribus inde dimovendum, vel ad bella matribus de-  
testata, vel ut trabe cypriā.

Myrtoum pavidus nauta secet mare,  
nec adeò classico excitandum: sed procul negotiis, procul aularum,  
militiarum, mercaturarum invidendis phantasiis domi, imperium in  
arva exercituru: & militib⁹ aliisq; pompificibus imperium in belluas  
relicturum quam vitam Od. 11. lib. ult. excellenter expressit Horat.

Concl. IV. Qværis quid sit שְׁפָתִים? R. id docebit radix Esa. 26, 12.  
Ergone disponebam. Resp. quænam consequentia à locis 2. Reg. 4.  
v. 38. Ezech. 24, 3. & additā voce ad ipsam radicem Esa. 26, 12.  
ejusq; nomen duale שְׁפָתִים Ps. 68, 14. Ezech. 40, 43. & משְׁפָתִים, &  
allegorias Ollarum fumosarum, crematrarum semijustarum, lapidum fo-  
cariorum, fuliginosorum, qvās foedas lixarum & calonum castrensem  
χύτες allegoricas Glossis Tremellianis relinqimus. Vox utraq;  
dualis numeri tantum nonnullum respectum ad dualitatem habens,  
nobis notat ordinationes, uti sunt fines seu limites regni & provinciæ,  
Reichs-Scheidet-Land-Gränzen/ &c. Qvales ex singulorum regno-  
rum & provinciarum Chorographiis abundè constant: qui intra il-  
los securi suisq; bonis contenti habitant, illi sunt רְכִזְבֵּין שְׁפָתִים  
qvales si omnes essent, minus bellorum esset. Atque hoc per se est  
bearum & laudabile: at aliquando culpabile, ex accidenti sc. quando  
enim proximus ardet Ucalegon, cum pietas & charitas cornua in-  
flat, tum domi בֵּין מְשֻׁפָּתִים recubare, dedecori, suo merito datur.,  
& proinde in Rubene culpatur Jud. 5, 16. qvamvis hic verbum muta-  
tum, mutet quoq; respectum. Asinus ergo dñs sarcinas, χύτες  
sue

*Ius ollas cacabos, eremstru. chytropodas. aliis urinas. Lepides. focarios;*  
qvos hic fingi videmus, relinqimus, Targum, LXX. Vulgatum,  
Lutherum, velut Interpretes significationis secundariae, nostros fa-  
cimus, nec proinde Cleros Græcorum in h. l. nec Vulgati in Psal. 68.  
*plane rejicimus qvamvis minus rectè vocem ibi per dormia-  
ris expresse rit, quasi verò o.* שִׁכְבָּת שָׁנָה שֶׁכְרַבֵּה!

Concl. VI. Hactenus Isacharis *ցարլու ավլաքի*, & qvæ illum  
intra suos terminos continuerit Patriarcha prædictus, nunc causam  
geminam subjungit, qvare Isachar magis fuerit *רְכֵץ בֵּין הַמְשֻׁפְתּוֹת* item gaudens intentoriis? scil. 1. pacis & quietis studium, 2. terræ  
delitium postqvam *e. id*, (id est, prudenter animo perpendit) *re-  
quiem: quod bonum esset* (ita scil. in pace & honestâ quiete procul in-  
videndis aularum, militiarum, mercaturarum, negotiis per agricultu-  
ram & thesauros arenarum vivere, pacis item artibus florere:  
qvam vel in aula, qvæ non est nisi fallax aura, vel militiâ, vel per ma-  
ris & viarû pericula sibi vana titulorû simulacra, inanes militiae pom-  
pas, & divitias comparare) 2. *Et terram illam*, (sibi scilicet suæqvæ  
tribui concessam) *quod jucunda* (vini, olei, frumenti fertilissima)  
*inclinari humerum suum ad b. j. ad d. d. ad f. f. ad c. c. servens,*  
(maluit sagum & cingulum redimere, & consueta tributa dare,  
qvam ab his immunis, bellicis expeditionibus & remotis navigatio-  
nibus divitias qværere.)

Chladæus & Aben Esra contrarios hic errant, errores Rabb. à  
Jarchi est *אַלְמַגְּשָׁמָךְ*, qvorum proinde paraphrasibus has char-  
tas non onerabimus.

## LOCUS TERTIUS,

Gen. XLIX, y. 16.

### Dan.

Luth. 1. Dan wird Richter seyn in seinem Vold/  
wie ein ander Geschlecht in Israel.

2. Dan wird eine Schlange werden auf dem  
Wege / und eine Otter auf dem Steige / und  
das

das Pferd in die Fersen beißen, daß sein Reiter  
zurück falle.

3. HERR ich warte auf dein Heil!

**Concl. I.** Tribui Dan prædicti 1. sceptri tribulis eminentiam, & in suam, adjunctasq; sibi tribus, **צְבָא** castrensem seu bellicam, quam, una cum vexillo castrensi aquilonari, solus filiorum ex **liber-  
tinis**, בָּעֵל רַגֵּל pari cum primariarum filii gradu domi obtinuit, 2. Serpentinam in bellis astutiam, & corporalem per stratagema-  
ta seu insidias victoriam. 3. Liberationem in **JESU CHRISTO** veram. Primum voce נִרְאָה actum judicandi, cuius objectum im-  
probi, ejusq; correlatum, vindicandi, cuius object. sunt sancti exprimiri.  
Sic exempli causâ, quando Simson injurias & calamitates à Philisteis  
syæ genti illatas, per ipsorum hostium ruinas vindicat, eo ipso Israë-  
lem liberat, qvod alias exprimit script. per נִקְמָה עַמּוֹ. Se-  
cundum per comparationem cum נֶרֶשׁ שְׂפִיחָן & שְׂפִירָן qvorum illud ge-  
nerale: hoc speciale serpentis nomen, quale & עֲקָרָב item שָׁרָף  
seu שְׁרָף feuria Schlangoen: qvos Hebrei ira neminari dicunt ab  
illo Saraph seu uno ex Seraphim, qui locutus est per serpentem para-  
disi: unde & contra hos Seraphim, jubetur Mosche: נֶרֶשׁ כְּשַׁפִּיחָן  
typum JESU CHRISTI erigere, Num. cap. 21, 7. Est à **שְׂפִירָן**  
אַתָּאֵךְ לְיָדֵךְ non à rad. נֶרֶשׁ: seu שְׁרָף: qvamvis בְּנֵשׁ & נֶשֶׁר in si-  
gnificatione (sicut regnus רָעָשׁ רָעָשׁ) cognitionem qvandam ha-  
beant: scilicet: In obscuro perdere, conterere: & contrarium detinere:  
ad eoq; Schphiphon est serpens obscurus vel in obscuro ad semi-  
tam per insidias in viatorem irruens. Tertium facit propheticō epi-  
phonemate, ubi, si nomen gloriosem sumas in casu vocandi, stat ver-  
sio Lutheri: Si in casu Accusandi, affixum illud respicit proximé &  
formaliter **Dan**, etq; nexus evidens, & transitus à Simfone ad spiri-  
tualem in **CHRISTO JESU**, liberat. adeoq; talis interpretatio: **14**  
**salutem tuam**. (i. e. ad te salvandum, seu ex regno Diaboli liberandum  
per crucis triumsum) expedita (non Simsonem, corporalem Israë-  
lis liberatorem: sed ipsum) JHOVAH. Litem decidere non pot-  
est, nisi accentuatio, unā cum illo, qualis hic est ternario vocum nu-  
mero:

mero: atq; hæc evidenter militat pro casu Accusandi, adeoq; inter-  
pretatione tali: Zu deinem (und unser aller wahren Scelen) H̄zyl/ er-  
warste ich (in wahrem Glauben) den schätzendigen H̄errn. In ternario  
enim vocum numero accentuationis sequela (e. g. in ponendo Tiph-  
cha) non necessitat: sed cum orationis structura perpetuo consonat:  
juxta Lutherum duæ priores voces reqviri: unum: juxta alteram  
illam, duæ posteriores: ibi vox secunda: illa poscit minorem  
Distinctivū: qualis hic non est nec esse potest. Tiphcha: qvod si  
stationes permutarent Rex & Minister, illa L. versio quam  
licentiam relinqimus Card. Bellarm. Nobis id sacrificium esto.  
Ulterius hanc controversiam explicab. in Disputationis actu. Tar-  
gumistæ qva Epiphonema hoc alibi in Tractatu nostro de Targumim  
excussum: qvos hic non reducimus: maxime cum Onctos Tar-  
gum hic variet, conf. compl. Reg. Hisp. Venetum & Basileense. Il-  
lorum v. qvi vocem in altero versu exponunt in casu dandi, ita ut  
prædicatur Dalila Simsonem actu serpentino deceptura sententiam plane  
rejecimus: nec dignam judicamus criticā.

Concl. II. Omnes & Targumistæ & Hebrai: sed & Dd.  
catholici in unum Simionem, ejusque serpentinas insidias, quando  
segetes Philistinorum exussit, quando bis meretriculam fecellit quando  
sua mortis cupidos & hostes memorabilibus mortibus affecit,  
quando victoribus perpetuus terror & pallida mors fuit, deniq; præ-  
clarè moriens plures in morte: quam vitâ interfecit, hæc omnia  
referunt. Ita Targumista: Sic  
זה גברת זו או מתיות הרים עכמיאת: Sic  
qvod, licet, qvatenus Uni & Soli, individuo ex tribu DAN astringitur,  
nimis angustum & stimemus, tamen qva principalem respectum con-  
cedimus. At in scholâ papistica mirabilis additur Simsoni Collega,  
scil. Antichristus, qvi ex tribu Dan nascitur & morib⁹ plane serpentis  
sit futurus & omnino talis, cui hac qua de serpente & circa eum dixit optu-  
mē per Metaphoram convenienter maximē cum Simsonis contributis sit fu-  
turus: ad quem pariter respexerit Jacob, unde animo perturbatus, de figura  
ad figuratum transierit, ē Simone ad Christum, &c. Verba sunt

B

Jesui.

Jesuita & Professoris Salmanticani DEL-RIO, unde quæstio est: *An Antichristus sit nasciturus ex tribu Dan, cuius affirmativam probat qui-dem Bellarmin. sed ut sententiam nec plane erroneous, nec certam: sed verisimilem, & valde probabilem propter Patrum autoritatem, uti & illa: Antichristum fore spurium, non ex legitimo matrimonio nasciturum.* Duo auctor. ut certa non Bellarm. 1. Antichr. fore Judæum. 2. propter Iudeum venturum. is ut Messiam recipiendum: At Sciopp. & Del-Rio prob. Antichr. ex tribu Dan nasciturum. Obji. 1. *Patrum omnium traditiones.* sp. Patribus hic venia danda: ipse Bellarm. Propter Patrum autoritatem, non audet communem Patrum sententiam Certam dicere: nec piaculum Pap. est in innumeris ab antiquitate dissentire. Obji. 2. *Vaticinium Jacobum de Dane.* Resp. At Bellarm. Perer. ipseq; Del-Rio de Simione id explicandum, contra Theodoreum, defendit, nec Antichristum, Samsonis figuratum hic agnoscit: sed solum Christum: respectum saltē Metaphoricum ad Antichristum concedit, quem à Jacobo intentum fuisse, est ipsum *χειρομήνων.* Obji. 3. *Epiphonema Jacobi Evangelicum.* Resp. Probetur illud Epiphonema supponere certum aliquod & prævisum *in hac tribu* periculum: & hoc concessio: illud periculum esse Antichristum. Quæ autem consequentia: *Castra tribus DAN fuerunt septentrionalia.* E. Ex tribu Dan nascetur Antichristus: non major quam. E. Nostris Sveci, & Danis sunt ex tribu Dan: adde: Ascher & Napbr. quoq; habuerunt castra versus Aquilonem. E. Ex illis nascetur Antichristus: ut & loca Esaiæ & Daniel. non loqui propriè de Antichristo. Addimus tamen Antichristum concedi posse esse ex Dan quatenus illud idem est, quod: *sedere eis t' rādō Œz:* qui ita sedet phras. scr. est *Dan* & dici potest esse ex Dan. Talem autem Papam Romanum esse, præter Jus Canonicum Decret. 1. Tit. 33. de major & obed. c. solicitæ, item in Extr. Comm. 1. 1. tit. 8. de maj. & obed. c. unam sanctam, dist. 40. c. 6. de spirituali omnes judicante, & à nemine judicando & jubileorum Bonif. IIIX. & Clem. VI. blasphemæ indulgentiæ docebunt: quibus an hujus jubilati bullæ pares sint, consulat quæ habet.

LOCUS

**LOCUS QVARTUS.**  
**Gad v. 19.**

**בר גדור יגוחנו ותויזע ייגר עקב:**

**מִרְפֵּבָר** שְׂרוֹת מַוְינָן כְּדִיְעָרָן. **רַחֲןָ וּרְנוֹנָה** אַחֲרֵי לְקַרְבָּא וּבְנֶכֶסֶן סְגִיאָן יְהוּבָן:  
i. e. Ex domu Gad castra sunt annatorum,  
quando transibunt Jordanem ante fratres suos in præli-  
um, & cum opibus validis revertentur in terram suam.

LXX. Γαδ περιστήρον περιστένσει αὐτῷ, αὐτὸς δὲ περι-

*Vulgatus*: Gad accinctus præliabitur ante eum & ipse  
accingetur retrorsum.

Lutherus: Gad/ gerüst/ wird das Heer füh-  
ren/ und wieder herumb führen.

**C**oncl. una. Triplex ratio etymologicæ Gad. Ina Nativitatis: nato scil. hoc Filio dicit Lea בֶן־גָּד venit turma filiorum, scil. seu Gen. 30, ii. altera tribulis & Castrensis, qva citra Jordaniem relictis gregibus, liberis & uxoribus, armis accincti & expediti reliqvas præcessere tribus, belloq; pro fratribus, reliqvas in hæreditatem vendicarunt, nec nisi confecto jam bello, & firmatis in hæreditate cœteris tribubus, post annum 14. spoliis onusti & accincti in suam redierunt hæreditatem confer Jof. 22. Nuim. 32. tertia bellica contra quosvis hostes fortitudinis, qvibus terribilem instar veterani Leonis fore & fuisse Gad tum ex Mosis vaticinio Deuter. 33, 30. tum ex ipso constat exemplo I. Chron. 5. Ad medianam respexit Targum, versio Græca, Latin. Vulgat. Luther. German. adeoq; unice ad historiam castrensem in occupatione terræ Canaan. Contra not. i. in דְּבָרִים si-gnif. esse turmatim conveniendi, excurrendi, item turmā congregandi, irruendi, &c. hinc גָּד Turma militaris collecta ex levibus armaturæ milite, quam vocem per τειχότητα reddiderūt LXX. i.e. tentatio polonica, idem qvod eidem οἰδητία, Κύπερης, unde & ἀντη τειχότητα illis

illis est גָּדוֹרִים אֵישׁ Oſ. 6, 9. 2. Affix. tertia personæ : גָּדוֹר, respicit non Israelem : sed vocem GAD Tiphchatham... 3. Atq; adeo גָּדוֹר in propositione explicata est subiectum : at in resolutione transit in prædicatum cedente ejus vicario : qui est in Linguâ & scripturâ SS. Idiotismus emphaticus nominativi absolute positi, semperq; distinctivo accentuati & per affixū repetiti, ita ut in resolutione succedat in locum sui affixi, sic Psalm. 46. נָהָר פְּרָגָו יְשַׁמְּחוּ sic Jon. c. 2. Terra vectes ejus circum me &c. : quod in Hellenismo cautè observandum : sic e. c. hæc propositio : *πατέρες τοῦ Τόβια*. *λαγῆς τὸν γυναικαν πατέρα* non explic. Tobias benedixit uxori sua: sed: (Gabriel ex præced. subintell.) *benedixit uxori Tobie*. 4. Sic hoc loco una propositio est: גָּדוֹר יְגָדֵר גָּדוֹר : altera: גָּדוֹר עֲקָב : illa prædictus: GAD à turmis hostilibus oppugnandum: hæc: ipsum GAD (non saltem invasores fortiter repulsurum sed) turmas hostiles extremo rursus aggressuram, imò illorum vestigia turmā militari persecuturum, Er werde ihnen auf den Fuß nachsehen/ & victoriā cum spoliis ab hoste reportaturum. Probamus ergo hic versionem *πτ. LXX.*

## LOCUS QVINTUS.

Ascher ¶ 20.

תובוי ד' אשר מה שמנורתי היה ארעיה Targ. Hieros. וארעיה זה מטפיקה הפנוקה מלכיתא רבני ישרא i.e. Beatus Ascher, quam pinguis est terra illa, quæ abunde suppeditabit delicias Regibus filiorum Israelis.

Luth. Von Aßer kümpt fein fett Brodt/ und er wird den Königen zu gesallen thun.

Concl. Una. Omnia hic facilia. Prædictus tribui Aser formam fertilissimam omnium rerum, quibus pretium vel viræ necessitas, fecit, vel Regum majestas conciliavit. Et sane sors A SER nulli alteri cedebat, vel frugum omne genus ubertate, vel metallorum, æris maxumè & ferri copiâ: Prius hic JACOBUS utrum,

utrumque Mosche prædictit Deuter. 33, 30. Tingat in oleo pedes  
suos, ferrum & æs calecamentum ejus: accedebat, Ptolemaidis  
& Phœniciae vicinia, & negotiatio marina. Ita e. completum,  
id quod hic prædictitur: Notetur 1. particularam <sup>ה</sup> non <sup>תְּאַכֵּל</sup> <sup>תְּאַכֵּל</sup> <sup>תְּאַכֵּל</sup>  
2. Nec <sup>לֹא</sup> <sup>תִּכְתַּחַט</sup> in שָׁמֶן <sup>ה</sup> sed 4. per שָׁמֶן <sup>ה</sup> notari complexum & abundantiam delicatissimorum ciborum, quo-  
rum descriptionem vide in convivio Mos. Deuter. cap. 32, 13, 14.: quod  
recte exprimit Raschi per <sup>רָשִׁי</sup> 5. Delici-  
as Regis non ad solos Israelites Reges restringendas. 6. Nec ad solum oleum,  
vel frumentum. 7. Adeoque propositionem esse talem  
לֹא <sup>תִּכְתַּחַט</sup> שָׁמֶן <sup>ה</sup>: בָּו <sup>זֶה</sup> לְאַשֵּׁר מַחְלָקָה: Panis Ascher erit pinguissimum, idemq; non ali-  
unde adducerur: sed in ipsa sorte abunde dabitur. Ascher pinguissimum  
panem, res omnes ad victum necessarias domi habebit, nec aliunde  
apportabit.

## LOCUS SEXTUS.

### Naphtali y. 21.

Luth. Naphtali ist ein schneller Hirsch/ und  
gibt schöne Rede.

Concl. I. De Naphtali duo prædicat 1. prudentem & robustam,  
in rebus, e. c. bellis gerendis celeritatem. 2. Sermonis suavitatem.  
Qværitur 1. quid sit אַיִלָּה שְׁלֹחָה? Respon. Cerva dimissa,  
qvæ notatur robusta tribus Naphtali celeritas: est autem oppositio  
inter Naphtali & אַיִלָּה שְׁלֹחָה ibi est significatio impediti, contorri,  
item, contorquendo eluctandi (qvomodo qui est οὐτε γένη μάθεις οὐπότε  
Ἐ Διαβ. περιστοσ, est פְּרַלְתָּה—, qvalis Israel dicitur in illustri loco  
Deut. 32, 5. quem Luth. Die verkehre und böse Art fält ihm abe: Sie seynd  
Schandflecken/ und nicht seine Kinder: Tr. non filiorum ejus est  
macula &c. reddi autem debebat: Hat Er (Gott/ vid. v. præced.)  
unrecht gehandelt? mit nichcen: die seine Kinder seyn solten/ die seynd ein  
Schandfleck/ eine verkehre/ und gänklich (vom Teufel) bestrieke Art.  
vide ratio nominis Naphtali Gen. 30, 8.) hic, virtute enii & celeri-

*Vnde elabi*: sensus ergo Naphtali illa queāndum quidem dolosā plagarū  
hostilium involutione, & canum indagine: at robustæ cervæ instar  
virtute eluctaturum, & bellicâ celeritate libertatem recuperatu-  
rum. Complementi specimen vide in Barak, Nephtalida Duce bellī  
sacri in Siserum: lege Judic. cap. 4. v. 14. 16. cap. 5. 18. & patebit,  
illud: נָתַן אֶמְרָה שִׁפְרָה לְאַיָּלָה 2. quid e. Resp. nota-  
tur eloquentia, seu orationis amplitudo, penetrantia, & elegantia,  
complementum vide in triumphali & majestico Debora & Barak  
Cantico, Jud. 5. qvod seclis innumerabilibus fama loqvetur anus: ad-  
de: suadam lahelis in sorte Naphtaliticā habitantis Jud. 4, ii. 18.

Concl. II. Rejicimus 1. Chaldaeum qui unice ad terræ fertili-  
tatem prophetiam restringit, ita reddens: *Sors Naphtali projectetur*  
*in terrâ bonâ, & hereditas ejus producer fructus, proper quois gratias a-*  
*gent & (Deo) benedicent: qvem seqq. Calv. vatabl.* 2. LXX. qui  
redd. N. οὐλέχοις αειφύον θησαυρὸν εἰ τοῦ πονηρού κόπου: quid  
enim οὐλέχοις αειφύον, seu stipes remissus? an cervi Virgilii &  
Tibulli? an vitis celeriter crescens, & emissione capreolorum luxurians?  
Verum hæc omnia dubia: si suspiciari licet, vocem אַיָּלָה per robu-  
stam frondem, seu stipitem, fructibus gravem, ut autem per di-  
missam pondere fructuum, redditidit: ut sit οὐλέχοις αειφύον, Ein  
starke/ und wegen vielheit der Früchte herunter hängender Zweig oder Ast.  
3. Rectius per Cervam, quam Cervum redditur nec defendit Vulgat.  
Del-Rio, dum dicit: *nostro mos est efferre hoc animal in masculino, ubi*  
*Hebrais in feminin.* nec enim vel אַיָּלָה est genus οὐλέχον, ut  
חוור vel ארנבתה: sed juxta sexum evidenter discretum, unde & materia-  
liter aliquando procedir talis οὐλέχοψη, (e.c. Cervo utriusq; sexus  
tribuitur pedum velocitas seu expeditissima ambulatio vid. Esa. 35, 6.  
2. Sam. 22, 3. 4. Psal. 18, 24. Chab. 3, 18.) non formaliter & semper e. c.  
qua de laboriosissimo & incertissimo illius animalis partu, ad tonitru  
Psal. 29, 9. Job. 39, 4. 5. 6. 7. Item de אַיָּלָה Pro. 5, 19. di-  
cuntur, non οὐλέχοψη: hinc tantum Christus assimila-  
tur Cant. 2, 9. 17. Item אַיָּלָה הַעֲרוֹג Αַיָּלָה Psal. 42, 1. ubi in אַיָּלָה com-  
plexus quidem est utriusq; sexus: sed id diversitate generis conno-  
tatur. Recte ergo redditur: Gleich wie ein dürstiger Hirsch/ oder eine  
abgea

abgetötet. Hindernis ungünstig schreitet nach den starken Wasserströmen.  
Sed quid, an ad Christum omnia referenda? Sane in hac sorte Christus  
vere fuit Naphtali: hic sustinuit Naphtalin; Matth. 4. ibi finito agone  
& triumphato Dæmone v. fuit אִילָז שְׁלֹחַ qvando in circumscriptio  
ex campo Martio in Galilæam, cuius pariter pars erat sors Naphtali  
processit Luc. 4, 14. & verissime dedit (אָכָרֶת טָבֵר) qvos vid. 5. 6. 7.  
cap. Mattæi) ita ut ἐξετάσθοντες οἱ ὄχλοι τὸν τόπον διδαχὴν αὐτοῦ. Λύτρων  
διδάσκων αὐτοὺς ἐξέτασαν εἰχών: Vel ipsorum hostium testimonio:  
Es hat annoch niemals ein Mensch also geredet wie eben dieser Mensch.  
Joh. 6, 46. Et habet illa sententia Autoritatem Hieronymi.

## LOCUS SEPTIMUS.

### Joseph ¶. 22.

בָּנָם פָּרָה וּסְפָּק בָּן פָּרָה עַל עַיִן בְּנוֹת צָעָרָה עַל שָׂוָה:

Targ. Onk. Filus qui multiplicabitur est Joseph: filius cui benedicetur: sicut vitis, posita ad fontes aquarum: duæ tribus egredientur ex filiis ejus: accipient portionem & hæreditatem.

Targ. Hieron. Prolixum & nugatorium est: multa fabulatur de filiabus Regiis & Procerum Ægypti.

LXX. ιωηφ ἡδὲ ἡυξημένος, ζυλωτὸς ἡδὲ μεγαλερψόν, i. e. Joseph filius accrescens, filius desideratus: ad me revertere.

Vulg. & Munst. Filius accrescens Joseph: filius accrescens & decorus aspectu: filia discerrent supra murum.

Trem: Ramus foecundus Joseph: ramus foecundus secus fontem: duobus ramis procedit ultra murum.

Luth. Joseph wird wachsen/ Er wird wachsen  
wie an einer Quelle; Die Töchter treten einher im  
Regiment.

Coacl.

**C**oncl. I. Vox בָּן non est in statu regiminis: docet id punctatio: nec stat pro סְעִיר feminino: objicit עַנְשׁוֹן locum Psal. 80, 16. Sed Resp. ex paraphr. Chald. סְלָכָא מִשְׁרָחָא רְחוּלָתָה לְאֵל fac id proprie Regem Messiam, quem firmasti ibi. Non ergo ibi בָּן est pro סְעִיר adeoq; errat עַנְשׁוֹן & ejus æmulus Tremell.

**C**oncl. II. Vox בָּרָה est compositæ formæ e. Benoni masculin. & tertia kal. fœmin. contracta ut שְׁנָה fecit קְרָאָה obvenit & alibi: vocavit: sic ex 2. Fœm. præteriti, & partic. est יוֹלְדָתָה Gen. 16, 11. vid. Jer. 22, 23. Jer. 51, 13. Punctatio Mascul. respicit Josephi individuum: fœmin. tribum. Nec illa hic anallage.

**C**oncl. II. In יְהָוָה est significatio primaria perspiciendi, observandi, vid. 1. Sam. cap. 18, 9. cuius perspectionis organum est oculus: cuius proinde significatio est secundaria: qvin cum objectum diaphanum e. c. speculum, fons limpidioris aquæ, color gemmarum, e. c. Tarsis, pariter visibilium specierum sit comprehensivus (uti de corporibus diaphanis ex Physicis notum) hinc de posterioribus quoq; יְהָוָה dicitur. Nos hic in primaria significatione subsistimus, ut יְהָוָה idem sit quod supra perspectivus, supra visus q. s. horizontem, &c. Respondebit illi יְהָוָה in incilio secundo: ubi vocem יְהָוָה pariter in significatione contemplationis sen evidenter uti Num. 23, 9. & cap. 24, 17. Psal. 92, 12. accipimus. Sensus ergo: Josephum in duabus tribubus in amplissimum numerum & dignitatem, supra confessus & observationis possibiliter, amplificandum esse: quod explicat Moses Deut. 33. v. 17. Das sind die tausent Ephraim/ und die tausent Manasse. Vox יְהָוָה intessum quidem dignitatis, notat: sed tamen ad incessum metrictum aliquando refertur Prov. 7, 8. ne quis nimias hic pompas somniet: quia Idiotissimum distributivum vid. simile exemplum in domo intellectuali sapientiae Prov. 9, 1. Rejic. e. 1. Tremell. Muram cum duobus ramis, 2. Lutheri Regimenti (supponitur enim punctum sinistrum & illo licet supposito nullibi datur tale vocabulum...) 3. Phantasias de filiab. Ægyptiacis libidinosis (quas inter uxor Potipharis) qua discurreunt supra murum ad videndum, seu וְאֶת וְאֶת וְאֶת Josephum, 4. LXX. Cujus erroris principium Deus novit.

LOCUS

# LOCUS OCTAVUS.

Gen XLIX. v. 24.

מִרְאֵבָר יְהוָה מִשְׁפַּת רֹועֶת אָכֵן וִשְׁרָאֵל :

Luth. Durch die Hände des Mächtigen in Jacob: Aus ihnen seynd kommen Hütten und Steine in Israel.

Vulg. Per manus potentis Jaakob: inde pastor egressus est lapis Israel.

LXX. Διὰ χειρῶν δύνατος Ἰακὼβ. Εκέβερ ὁ κηλεγχόντας Ισραὴλ πάρα θεός.

Concl. Una. In classe Josephi prædictit 1. summam capitum & tribus eminentiam v. 12. 2. arcus majestatem invictam in v. 23. & 24. ubi notetur principium invictæ fortitudinis Josephi, ejusq; nexus & illustris oppositio: Roborata sunt ad exercendum vires, brachia manuum Josephi: unde autem illud robur invictum Josephi? Resp. à manibus robustis Dei Jaakob, item: à Deo fortí benevolo patre tuo, &c. 3. benedictionem, in sobole, omnimodam v. 25. 26. Notetur hic 1. membrum hoc secundum complexivè interpretandum, ne plus distinguat sak. kat. quam Sylluk: adeoq; una est totius membrae propositio. 2. Notetur אָבִיר non Dagessatum solius summi Dei esse nomen: non reperiri autem nisi cum addito: Israel, vel Jaakob, Esa. 1. v. 24. c. 49, 26. Ps. 132, 2. 5. At אָבִיר Dagessatum esse humanum 1. Sam. 21, 7. qvæ ipsas literas nominis ואָבִיר utrumq; & SS. Trin. & incarnationis mysterium cabalistice repræsentare, majori fide dicuntur, quam vel in בָּרָא בָּרָא illud qvaritur...

Concl. II. Illud respicit manus potenteris Jaakob, seu divini roboris exsitorum, brachium: & ita probamus in Luth. voces: Aus ihnen: ut idem sit qvod: von den Händen/ oder von dem Mächtigen in Jaakob: qvod sine dubio LXX. respexerunt, dum εκέβερ expllicant per μέρα Θεός.

Concl. III. Triplex est incisi ultimi interpretatio 1. qvæ Pastorem & lapidem refert ad Josephum: Israel ad reliquos, ut sit interpretatio: Inde (a manib<sup>o</sup> sc. Dei robusti Jaakob, Joseph factus est) Pastor & lapis Israel



Israelis: 1. ut vox שָׁמֶן ad Josephum. בְּנֵי ad Jacobum: Israel, ad reliquos referatur, ut sit hæc interpretatio: Inde factus est pascens Jacobum, lapide in Israelis (XII. tribuum). 3. qvæ רַבָּה ad Joseph: Lapis Israel ad totum Israelem refert, ut lapis Israel sit, sicut lapis Christus: qvis arbiter erit? controversia resolvitur in qvæst. Gramm. an בְּנֵי sit casus Nominativi, an Accusativi? prius docet punctatio in שָׁמֶן & accentuatio in מִשְׁבֵּת qvæ alias esset distinguenda per (1:) Et pastor e. & lapis hic dicitur Joseph: qvare? qvia totum Israelem in Ægypto durantibus famis annis parvit corporaliter & spiritualiter: qvia petra scandali fratribus & lapis quali angularis totius Israelis fuit: qvia, ut lapis solidum corpus, ita Joseph ad tot balistarum jacula, non exhorruit superiori firmatus robore: qvia verè lapis vivus in Eccles. fuit, & à Christo vitam accepit 1. juxta illud 1. Pet. 2,5. Qui hic in voce אֲבִי complexum & אֲבִיכָן adeoq; Patrem & filium querunt, illos non nisi אֲסֹמְכָרָא דָּרָא admittimus.

## LOCUS NONUS.

### Benjamin v. 27.

**Luth.** Benjamin ist ein reissender Wolf: Des Morgens wird er Raub fressen, und des Abends wird er den Raub aufzheßen.

**C**oncl. Una. Malè ut plurimum in sacris audiunt LUPI, maxime vespertini seu זָבֵב Tribuit his script. 1. Velocitatem, Chab. cap. 1. v. 8. ubi de Chaldæis: *Velociiores sunt lupis vespertini*: additur de iisdem: Ut aquila festinans ad comedendum, ubi singula verba pondera sunt uti novit, qui naturam & scripturam. Hinc Adagium Hebreis geminatum: *Lupi vespertini &c, volat ut aquila, 2. sevem rapacitatem*, Zeph. 3, 3. ubi de inquinata Jeruschalaem dicitur: *Judices ejus lupi vespertini non exossant mane* sc. quando circa vespere pecude in stabulum abigitur, majori sevitrate gloriantur lupi, augente rabiem presentemq; famem prædæ desperatione conclusis intra septa animalibus, maxime quando toto die nihil prædati sunt, seu quando non exossant manus. 3. *Lacerandi feritatem* seu

Ies quod sim **בְּנֵי־בְּנַי־יִשְׂרָאֵל** Esa. 22, 20. Atq; talis Benjamin, cuius tribuum ingenium prædictum tale futurum: ut cum lupo (mane h. e. toto die, à summo mane) catulis distribuente comparari possit. Qui de complemento dubitat, ei cum Luth. in gl. marg. suademus, ut legat historiam Saulis & Benjaminitarum, *quorum mores violentos indolem ferocem animos jux in viribus & armis colligentes fuisse*, vel sola docet Jud. 20. &c. historia & myriadum bellicosissimorum Israelitarum vietore Benjamini, **בְּנֵי־בְּנַי־יִשְׂרָאֵל**: adde: 4. Bella cum Cananeis imò fratribus post divisum in Israele sceptrum.

Concl. II. Cum Lutherò hic unicè facimus: Chaldæum, qui per Lupum rapacem altare intelligit seu templum Hierosolym. & ita reddidit: *In terra Benjamin habitabit schachina: & in sorte ejus sanctuarium: mane Sacerdotes hostias mattabunt: vesperi reliquias nonducabunt*, planè rejicimus, ut multis nominibus hic errantem. Magis adhuc errat Raschi: minus, Aben-Esra: videantur illi. Sensu mystico ad Paulum referre hoc Benj. vaticinium per nos licebit: & habet illa sententia autoritatem Patrum Latinorum omnium, Græcorum pauciorum.

## LOCUS DECIMUS.

### Novissima Jacobi & Josephi per Quæstiones Propriae.

**Q**uartatur I. An benedictio quæ memoratur Gen. 49, 28. sit illa ipsa, quæ in cap. 49. per 27. versus est descripta, an v. fuerit alia, eaq; non scripta? Aff. Prius contra Aben-Esra & Del Rio Jes. & alios. Ratio est accentuatio & quidem Unius Paschta in voce **בְּנֵי־יִשְׂרָאֵל** v. 28.

II. An Jacob aliquo sensu non mortuus dici possit? Resp. Gen. 49. v. ult. de morte Jacobi **עִזָּה** Spir. S. usurpat, quod de illo dicitur, qui non diurno morbo fractus facilem mortem & doloris expertem obit. At talis quoq; moritur: sed non contra: nec enim omnis **מִתְהָדֵה** est **עִזָּה** confer Gen. 10, 5. & 15. Fuit autem placida mors patriarchalis: sic noster sedet super lectum pedibus dependentibus: fulminat inde sanctus Orator filiis, futura: læta, tristia: his omnibus finitis, jam lætus dissolvi, placide pedes attollit, in lectulo procumbit, calcis extendit, & sic leni placidaq; morte deficit conf. c. 49. à v. 29. ad fin. Hæc vere mors non mors est.

III. Quo.

III. Qvomodo Jacob Gen. 50, 5. fodiisse dicitur sepulcru[m],  
qvod Abraham emisse dicitur v. 30. cap. 49. Resp. Recl[er]e Chald.  
**תְּאַوְּרָקְנָה** i. e. quodemi mibi. Sed qvomodo emit Jacobus, qvod  
Abraham? Resp. Ut verus h[ab]eres: vel verē partem & jus Esavi. Ade-  
de: qui monumentum aliquā retinacere collapsū renovat, verē fodiisse il-  
lud &c. dici potest.

IV. An Ropheim illi, qvi dicuntur servi Josephi, Gen. 50, 2. fuc-  
runt tantum pollinatores, an professione medici? Aff. post. Munus  
sc. pollinatorum, qvoad condiendum corpus fuit medicorum: qvoad  
condendum, aliorum Libitaniorum. Ita ergo, **אֵלֶּא נִגְדֵּל** qvoq[ue] fue-  
runt **כְּנֹפְרָאָתָּה**, qva voce hic utuntur Hellenistæ. **כְּנֹפְרָאָתָּה** au-  
tem illis, qvod corpora defunctorum aromatibus condire. Porro  
**רְפָאָה** sine punctis ambiguè legitur, nunc Rephaim, qvæ fuit ne-  
quissima gen[us] mortalium: nunc **Rōphim** id est, Medici, qvæ confunden-  
tes LXX. in loco Esa. ex illis nequissimis bipedū fecerunt Medicos &  
his denegarunt resurrect. mortuorum: Ita enim habent Es. 26. v. 26.  
**אֵלֶּא נִגְדֵּל כְּנֹפְרָאָתָּה**. Interest e. & Medicorum ut conservetur  
punctatio. Dearomatibus idoneis putredini cadaverum per aliquot  
secula prohibēdæ & Odori conciliando, qva in re Ægyptiorum cura  
semper excelluir, nihil addimic Ralsam. **חֲלָב סְמִימָה** Hebrews dicitur  
baal sammim, i. e. **Dominus** aromatum: nec dubium, qvin ejus usus  
in condiendis corporibus præcipiūs.

V. Qvæ ratio annorum Jacobi & suptemorum Josephi? Resp.  
Jacob anno **æt. 130** ingressus est Ægyptum vixit **17** in Æg. Summa e.  
Annorum vitæ Jacobi **146**. an: perfecti: mortuus labente **147**. Joseph  
vixit **17**. cum Patre: **13**. in servit. **90**. in sublimi dignitate. Summa  
**120**. anni. Morti proximus, in terrâ Canaan ossa sepeliri propheticè  
imperat, inde in Ægypto moritur. Mortuus aromatis conditur, i-  
demq[ue] loculis ligneis imponitur, & post **290**. annos in agro Sichemi-  
tico Josephi peculio vid. Gen. 48. v. ult. Magna matri redditur. Et  
sic inter sanctissimas JACOBI & JOSEPHI mortes clauditur nobis,  
Liber **Bref; b.** decem Decadibus, & peculiari Disput. de SCEPTRO  
**JUDÆORUM** adeoq[ue] **ii.** Disput. ventilatus. Det nobis nostro  
tempore, mortem Jacobeam ille, qvi solus habet **אָתָּה וְאָתָּה**  
**סִיר**, cui sit laus & gloria in seculorum  
**secula.**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772389462/phys\\_0027](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772389462/phys_0027)

**DFG**



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn772389462/phys\\_0028](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772389462/phys_0028)

**DFG**

לְעֵדָה תִּרְאֶה בְּשַׁבָּת Esa. 22, 20. At illum ingenium prædictum tale futurum : unde, à summo mane) catulis' distribuent complemento dubitat, ei cum Luth. in g. historiam Saulis & Benjaminitarum, quo ferocem animos ius in viribus & armis coll. Jud. 20. &c. historia & myriadum bellicorum Benjamine, οὐδεὶς οὐδεῖς : adde : fratribus post divisum in Israele sceptrum.

Concl. II. Cum Lutherò hic unde qui per Lupum rapacēm altare intelligit & ita reddidit : In terra Benjamin habitab sanctuarium : mane Sacerdotes hostias mactabunt, plane rejicimus, ut multis nominibus errat Raschi: minus, Aben-Esra: stico ad Paulum referre hoc Benj. vaticinat illa sententia autoritatem Patrum Latinorum pauciorum.

## LOCUS DEC Novissima Jacobi & Ioseph nes Proposita

Qvaritur I. An benedictio quæ memoria quæ in cap. 49. per 27. versus est de scripta? Aff. Prius contra Aben-Esra: ratio est accentuatio & quidem Unius Paschi.

II. An Jacob aliquo sensu non mortuus est. v. ult. de morte Jacobi יְהוָה Spir. S. uero qui non diurno morbo fractus faciliter obicitur. At talis quod moritur: sed non ut est conseruatur Gen. 10, 5. & 15, triarchalis: sic nostri sedet super lectum minutus inde sanctus Orator filii, futuram, jam latens dissolvi, placide pedes atque calcis extendit, & sic leni placidaq; mors ad fin. Hac vere mors non mors est.

n, cuius tribu-  
ane h. e. toto  
ssit. Qui de  
nus, ut legat  
entos indolem  
el sola docet  
aelitarum vi-  
cananeis imo

Chaldaeum,  
Ierosolym.  
in sorte eju-  
eliquia num-  
item. Magis  
Sensu my-  
cebit: & ha-  
uum, Graeco-

estio!

3. sit illa ipsa,  
erit alia, eaque  
& alios. Ra-  
on v. 28.  
? Resp. Gen.  
e illo dicitur,  
oloris exper-  
enim omnia  
ida mors pa-  
entibus: ful-  
s omnibus fi-  
procumbit,  
c. 49. à v. 29.

III. Quo-

